Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26052
Copyright: Admont, Benediktinerstift

195

bebat liberari. Set tunc rome quendam nobilem cui consociatus
erat paginum, pagini filium regis videlicet francie missum
etiam romanis in obsidem pro tributis latenter occidit. quem
moribus et honestate digniorem eo videbatur et fuit. Unde
romani dolentes, an digna pro factis pena plectendus
esset an reseruandus dubitauerunt dicentes: Hic si
supervicturus esset qui fratrem necauit. obsidem nostrum iugu
lauit. sua nequicia rei publice forsitan in debellan
dis hostibus utilis esset profuturus. Deliberato ergo consilio di
cebant. Cum reus mortis habeatur in pontos insulam.
cauta romanorum sententia iudex hominibus maleficis
constituitur. et iudicium plurium quos habuerant preceptoribus.
Pilatus non inscius ad quos missus sit. et quam pen
dula vite sue sententia. rem tacite considerans.
vitam seruauit et gentem nequam pressis et precio muneris
et supplicio subiugauit uniuersam. Quia uero tam
dure gentis victor extiterat a pontos insula cuius victor extiterat.
pontius pilatus nomen accepit. Herodes ergo minor filius arche
lai magni herodis filii princeps diebus illis iudee et ie
rusalem. ut audiuit hominis illius industriam versutiis congau
dens versutus ut pote similia similibus congaudent. inuita
uit muneribus et internuntiis. et tradidit ei partem et
uicem suam super iudeam et ierusalem. Denique super habun
dantibus ei diuitiis. herode nescio pontius pilatus na
uigio transfretauit et usque romam perueniens